

adices agit profundius, extirpanda male consuetudines, nec non facinorosi aperti. L. de Magistratus rigore debito: Jer. XLVIII, 10. Rom. XIII, 4,

(2) Protractiones causarum, maxime criminalium, grande malum attrahunt magnatibus.

(3) Urbs ac terra Domini purganda pro viribus à Zizaniis. conf. Pf. II, 10. XIV, 9.

PSALMI CII. DISPOSITIO.

Miserrimum respice Æterne! Anima angustata.

Post inscriptionem, quâ precans, precatio, precatationis causâ modusq; exprimuntur, v. 1. spectanda

I. Dei imploratio: (1) pro audientiâ benignâ: audi orationem meam: admittatur clamor meus: v. 2. (2) pro Intuitu gratioso: nec occultes faciem tuam tempore angustiae meae: (3) pro celeri exauditione: vers. 3.

II. Miseriae expositio: (1) dies mei instar fumi inutiliter praeiterierunt: v. 4. (2) ossa mea exaruerunt: ibid. (3) cor meum percussum instar herbae flaccidum: (4) appetitus naturalis extinctus est: obliviscor vesci: v. 5. (5) suspiria mea sunt creberrima: (6) caro ossibus adheret ægre: v. 6. (7) buboni & vique solitariae assimilor: v. 7. 8. [8] vigiliis consumor: v. 8. (9) opprobria quotidie experior: v. 9. (10) cinere lacrymisque loco alimentorum oppleor: v. 10. (11) indignatione tua consumor: quippe & evexisti me, & deturbasti: v. 11. (12) dies mei instar umbræ evanuerunt: (13) totus instar graminis aridi collabasco: v. 12.

III. Majestatis div. celebratio: [1] tu, tuumque nomen, seu memoria, perstas immutabilis: v. 13.

IV. Gratiae rogatio: (1) petitum: misere-

re rursus Zionis: (2) Ratio: (a) tempus miserendi adest: v. 14. (b) servi tui desiderant flebiliter restorationem: v. 15. (c) sic gentes cunctique reges terrae timebunt tuum nomen tuamque gloriam: v. 16.

V. Promissa gratitudo: ubi (1) beneficium: (a) Deus Zionem aedificat: [b] in gloriâ sua apparet: v. 17. (c) desertorum orationem attendit: v. 18. (2) subsequens exinde officium: perscribetur ad posteritatem: v. 19. populus oriturus celebrabit Deum: ibid. & v. 22. 23. & quidem (a) ob divinam exauditionem: prospexit ex eminentiâ suâ sancta in terram: v. 20. (b) ob captivorum suspirantium liberationem: vers. 21. (Recurritur de novo ad officium v. 19. memoratum: recensetur nomen Domini laudabile in Zion & Jerus. v. 22. populis regnisque integris adcolendum ibi Deum congregatis: v. 23.) (γ) ob afflictorum conservationem; ubi (1) miseria: in via robur meum afflixit: dies decurtavit: v. 24. (2) miserorum suspirium: ne auferas me in dierum mediò; (3) suspirii ratio: annui tui per omnes durant generationes: v. 25. tu constantior es ipso caelo terraque à te fundatis: v. 26. 27. 28. (4) suspirii operatio & simul Conclusio: filii igitur servorum tuorum habitabunt &c. v. 29.

PSALMUS CII.

EXPLICATIO VERSUS I.

הפלה Precatio: ] simili modò in scriptos vide Psal. XVII. & LXXXVII. הפלה לרו. item Psalm. XC. ה. הפלה למוטה, & infra Psalm. CXLII, 1. cum esset ipse in spelunca, הפלה. Cum verò Autoris non addatur nomen, conjiciunt nonnulli, prophetam quendam, sive Danielelem, sive alium, tempore captivitatis Babylonicæ, psalmum hunc conscripsisse, ut extaret precum certa formula pro liberatione ex captivitate. Ita fere Grafer. quoque ult. verb. p. 37. Gesner. de votò pro Messia missione.

לעני pro afflicto: ) h. e. qua afflicto usus est, & qua afflicti etiam alii, successive uti poterunt ingruentibus ærumnis. vide de hac voce Psal. XL, 18. Job. VI, 8. & Dorsch. p. 1. th. Zach. p. 53 ubi de humiliatò, tyranniceque oppressò, aut in servitutem redactò, exponit. Lutherus: des Elenden. Campensis & Vulgatus: pauperis LXX. τὸ πτωχῶ. Per hunc Augustinus & Gregorius intellexerunt Messiam ipsum, in persona vel propria, vel corporis sui myitici suspirantem. De quòvis objectò in populò, vel populò ipsò Theodoretus & Euthymius: qua ratione etiam ecclesia

inter psalmos penitentiales retulit hunc ipsum. vide D. Calovii ann. anti Grot. b. l.

כִּי quando: ) particula hæc, quæ communiter est conjunctio causalis, quia, h. l. induit naturam adverbii temporis quum, quando, ut Prov. XXIV, 12. כִּי quum dixeris, item c. XXVI, 25. Psalm. XXIII, 4. XXXII, 3. XXXVII, 24. XLI, 12. &c.

יצטרף (quando) obruitur vel obtegitur: ) ærumnarum videlicet mole, vel quando cor ejusdem penè deficit: ita namque plena hæc habetur phrasis Psalm. LXI, 3. בעטרף לך, vide tamen Pf. LXV, 14. ubi de opertione: valles operiuntur frumentò. Campen: mare afficitur.

ולפני & coram Domino: ) videlicet in locò orationum solenni, coram arcâ fœderis, ubi Faciem præsentiamve suam promiserat tunc temporis Dominus, vel privatim & in conclavi, quando omnipræsenti cordium scrutatori devotione debita suas exponit miseras, de auditione eandemq; secuturâ exauditione, nil quicquam dubitans.

ישפך effundit copiosè: ) i. e. penitus, humiliter, liberrimè, magnaue cum paenitentia recenset. vide Psalm. LXII, 9. שפך coram ipsò cor vestrum. Psalm. XLII, 5. אשפכה effundo apud me animam meam. Psalm. CXLII, 3. שפך coram ipsò

1729 ש. Ni... quodis, v. g. a... quare, quand... penitus, ut fun... nus allevetur, ... imibi concl... Domine in ang... de Grot. b. l. p. ... ש. med... cordis sui con... LXV, 3. attende... plangam ש. ... Psal. LXIV, 2. a... tem Prov. XXIII... vel curæ melan... EXPL... ש. audi... plicem promtè... mibi succurras... meis demonstr... ו. ש. &... h. e. ne quæso... terram recider... ac inoportun... rantem; huj... mentiozem i... uferatus fuit;... gerium, tum... tra ordinem... fiones illas ex... hena hic cens... vide sis Psalm... mit in aures e... eris ad ש. ... an audi: Psal... EXPL... ש. ne o... te destituas ve... fensu, ne iratu... tam, qui nausè... oculosque oclu... tum turpiter fo... pueriter abomi... equum. Sic... mbuit super... mediet panem... faciem à M... parato Jes. LII... xxx, 8. xli, v... hoc potest ex c... faciem se suam... peccatoribus: ... ca satis evener... ש. in die... chen speciei pr... ש. angu... gultias patior, ... que miseriis... quem invocen... que meum pot... lativi ש. in c... obtingit: ) qu... gum ש. צ. י. ... re mei, quia... exaudi me. ... ש. inc...